HVnc librum compoſuit ſeneca nobiliſſi-
mus orator ad galliorū amicum ſuū cō
tra omnes impetus et machinamēta for
tune·fecit aūt illum ſub dyalogo· vt ſit ſenſus cō
querens et ratio confortans·Liber autē iſte et ſen
ſuum maieſtate et eloquii claritate et ſententiarū
breuitate refulget; ¶ Liber ſenece de remediis
fortuitorū feliciter incipit;

LIcet cunctorū poetarū carmīa gremiū
tuū ſemꝑ illuſtrent/aliqn̄ deliberans
hoc tibi opuſculū ꝓ accidētibus caſibꝫ
dirigere curaui· qđ nō p̄cedentes ſed poſteri nar-
rabūt· Vnde ergo incipiendū tibi videtur?a mor
te·ab vltimo inquis/imo a maximo·ad hoc preci
pue gens humana contremit·nec immerito videt̄
ſibi hoc facere·Ceteri enī timores habent aliquez
poſt ſe locum/mors autē oīa abſcindit· alia nos
torquent/mors oīa deuorat· omniū que horre-
mus exitus ad hanc ſpectat aliorum per circuitū·
Etiā qui ſe nō timere iudicāt/haud timent·quit-
quid aliud extimeſcimus hꝫ aut remediū aut ſola
ciū·Sic ergo te forma aut ſi quis tibi palam mor-
tem minet̄/omnes terriculas eius eludas·Vale;

¶ De morte Senſus conquirit̄

Inc 1264

MOrieris·Ratio confortat·iſta hominis na
tura non pena eſt··Senſus·Morieris·Ra
tio·Hac conditiōe intraui vt exirem·Sen
Morieris·Ra·Gentiuꝫ lex eſt/quod acceperis red
dere·Sen·Morieris·Ra·Peregrinatio eſt vita·cū
multum ambulaueris/demum redeundum eſt·
Sen·Morieris·Ra·Putabam te aliquid noui di-
cere·ad hoc veni·hoc ago·huc me ſinguli dies du-
cunt·naſcenti michi protinus natura poſuit hunc
terminuꝫ·Quid habeo/quod indigner? hec verba
iuraui·Sen·Morieris·Ratio·Stultum eſt timere
quod vitare non poſſis·iſtud non effugit/etiā qui
diſtulit·Sen·Morieris··Ra·Nec primus nec vl-
timus·hoīes me anteceſſerunt·hoīes me ſequē
tur·Sen·Morieris·Ra·Nichil graue eſt qđ ſemel
alienū es meū noui hoc equidē cū eo creditore cō-
traxi cui detorqueri nō poſſim·Sen·Morieris·Ra
Dil melius ferere/ꝙ nemo michi iſtud minari ī-
mortalis poteſt·Sen·Morieris·Ra·Hic eſt huma
ni officii finis·quia ſanus exactorē moleſte tulit·
quo tranſit orbis ego tranſibo/cuꝫ ego neſcio ali-
ud me eſſe q̄ animal rōnale mortale/cū rōnali eſt
et mortale·Sen·Morieris·Ra·Ad hanc conditōꝫ
cūcta gignūt·et qđ incepit deſinit·S·Mori timeo

Ra· Et naſci timuiſſes et viuere·vite limen/ini-
tium mortis eſt·vita ipſa curſus ad mortē/ſeu ve
rius mors quedā·quicquid eſt natū moritur/quic
quid morit̄/natū erat·Sen· Mortem metuo·Ra·
Nichil eſt metuendū quod affert neceſſitas natu
re·Sen·Animus mortem timet·Ra· Si ſibi ſup-
uacuus timor immortalis eſt enī ipſe· ſi corpori
ſuo hoſti curam gerere pietas debita·Sen· Mor-
tem horreo·Ra·Quid in morte mali eſt/id ipſuꝫ
metus mortis exaſperat·at ſi nichil malū ipſe me
tus eſt malū·ſtulticia eſt malū ſuū vel augere vel
facere·Sen·Morieris·Ra· Imo carnis tributū na
ture debitum perſolues mox futurus liber· fac li
bens/quod vel nolens faceres·cupias quodcūqꝫ ne
ceſſe eſt·non eſt vtilius imo quidē nō eſt aliud in
neceſſitate conſiliū·quicquid fit a volente/fit leui
us·et deſinit eſſe neceſſitas/ſi voluntas acceſſerit
Sen·In freto morieris·Ra·Non vbi ſed qualiter
moriaris ad rem pertinet·Sen·quo deuenient opes
Ra·Vnde venerūt reuertent̄·hoc ē ad fortune ma
nus·inde rurſus ad alios abiture·apud neminem
diu manſure·vage ſunt enī ſtare nequeuntꝫ

¶ De decollatione· Senſus·

Sed decollaberis·Ra·Quid intereſt/an

ceſim moriar an punctis? Sen. Sed ſepe fereris/ et multi in te gladii couenient. Ra. Quid refert/ q̄ multa ſint vulnera? non pōt amplius q̄ vnū eſſe mortiferū; ℂ De morte in pegrinatiōe. Senſus

PEregre morieris. Ra. Vndecūq; ad inferos via vna eſt. S. Peregre morieris. R. Hoc eſt in patriā ſine viatico puenire. S. Peregre morieris. Ra. Ego qd̄ debeo ſoluere paratus ſum. videat fenerator vbi me appellet. Se. Peregre morieris. Ra. Nulla terra aliena mortuo eſt. Sen. Peregre morieris. Ra. Non eſt grauior foris q̄ domi ſomnus; ℂ De morte in iuuentute Senſus.

SEd iuuenis morieris. Ra. Optimū eſt ante q̄ optes mori. Sen. Iuuenis morieris. Ra. hoc ebuidē vnū eſt/ qd̄ eque tam ad iuuenē/ q̄ ad ſenē ptinet. Nō citamur ex ſenſu vel ex numeris annorū. et adoleſcētes/ et impuberes eadē fati neceſſitas ducit. optimū eſt mori/ cū iuuat viuere. q̄ enī virtus eſt (cū eiiciaris) exire? S. Iuuenis morieris. Ra. quicūq; ad extremū fati ſui venit/ ſenex morit̄. nō enī refert que ſit hoīs etas ſed que ſit meta. S. Iuuenis morieris. R. Fortaſſe alicui malo me ſubduceret fortuna. et ſi nlli alii/ certe vel ſenectuti. S. Iuuenis morieris. Ra. nō refert quot

annos habeam/ſed quot acceperim·ſi plus viue-
re non poſſunt/hec eſt ſenectus mea;

¶De morte ſine ſepultura· Senſus·

INſepultus iacebis·Ra·Quid aliud huic reſpondeam/q̃ virgilianū illud? Facilis iactura ſepulchri·facilis inquam/ſic vt nulla facilior·ſi nichil ſentio/nō pertinet ad me iactura corporis inſepulti·ſi ſilentio om̄is ſepultura tormētum eſt·Sen·Inſepultus iacebis·Ra·Quid intereſt/ignis me an fera conſumat/an tēpus? vltima omniū ſepultura·iſtud non ſentienti ſuperuacuū eſt ſentienti onus·Sen·Inſepultus iacebis·Ra·At tu combuſtus·at tu obrutus·at tu incluſus·at tu putridus·at tu euiſceratus et cōſtrictus/aut traditus lapidi/qui te paulatim edat et exſiccet·nulla ſepultura eſt·non ſepeliemur/ſed proiiciemur·Sen·Non ſepelieris·Ra·qd in re tutiſſima trepidas? vltra penaruꝫ omniū terminū iſte locus eſt·vite multa debemus·morti nichil·multū fortune licet in naſcentē·in extinctū nichil·nō defunctorū cā/ſed viuorū inuenta eſt ſepultura·vt corꝑa et viſa feda/et odore amouerent·alios terra obruit·alios flāma cōſumpſit·alios lapis ad oſſa redacturꝰ incluſit·ſic nō defūctis/ſed noſtris oculis parcimꝰ

¶ Additio. Senſus.

Inſepultus abiiciar. Ra. Alitibus inuides an feris/an piſcibus? nam ſi metuis/tibi baculū ſeu cuſtodē iuxta te poni iube/quo a cadauere depellant. Sen. Ludis in malis meis. nam profecto nil ſentiā. Ra. Quid ergo times/qđ nō ſenties? naꝫ ſi ſentias probes. ſentientē enī ſepelire necare eſt. te niſi terra contexerit/celū teget. notū eſt illud. celo tegit/qui nō habet vrnam. Sen. Defuncto michi terra negabit. ꝑdurū. Ra. Nō id durū/ſed tn mollis/qui nec ſenties ledi queas. S. Inhumatus linquar. Ra. horridū auditu. Sen. Inſepultus abiiciar. Ra. Age res tuas curā hanc linque viuētibus ꝫ

¶ De egritudine. Senſus.

Egroto. Ra. Venit tempus vt experimentum mei caperē. nō in mari tantū/aut in prelio vir fortis apparet. exhibet etiā in lecto virtus. Sen. Egroto. Ra. non pōt illud toto ſeculo fieri. aut ego febrem relinquā/aut ipſa me ſemp vna eſſe nō poſſumus. Sen. Egroto. Ra. Cum morbo michi res eſt/aut vicetur aut vincetꝫ

¶ De maliloquio. Senſus.

Male de te loquunt homines. Ra. ſed mali moueret/ſi de me marius/ſi cato/ ſi lelius ſapiēs

ſi alter cato/ſi ſcipiones duo iſta loquerent̄·Nam
malis diſplicere a bonis laudari·nō pōt vllā au-
ctoritatē habere ſnīa./vbi qui dānandus eſt./male
de te loquit̄·Sen·Male dete loquūt̄·Ra·Mouerer
ſi iudicio hoc facerēt·nūc morbo faciūt·nō de me
loquūt̄./ſed de ſe·Sen·male de te loquūt̄·Ra·Be-
ne eni̅ neſciūt loqui·faciūt nō qđ mereor/ſ; qđ ſo-
lent·quibuſdā eni̅ canibus ſic innatū eſt/vt nō pro
veritate/ſed pro cōſuetudine latrent;

¶De exilio·· Senſus·

Exulabis·Ra·erras cū oīa fecerī; patriā meā
trāſire nō poſſu;·oīm vna ē./extra hanc ne
mo pici pōt·Sen·Exulabis·Ra·non patria michi
interdicit̄ ſ; locus·in quācunq; terrā venio in meā
venio·nlla terra exiliū eſt/ſ; altera patria ē·Sen·
nō·eris ī patria·Ra·patria eſt/vbicūq; bene es·Il
lud aūt p qđ bene es/in hoīe/nō in loco eſt·in ip
ſius inquā ptāte eſt./quid ſit illud fortunii ſi eni̅
ſapiēs eſt/pegrinat̄ ſi ſtultus exulat·Sen·Exula-
bis·Ra·hoc dicis/alterius loci ciuitate donaberis;

¶De exilio/additio·· Senſus

Ire in exilium cogor et iubeor·Ra·Si ſponte
pegrinatio erit/nō exiliū·et memēto quibuſdā exi
tu;·quibuſda; vero redditū pro exilio fore·ſunt

quib9 nuſq̄ peius ſq̄ in patria ſua ſit. Sen. In exilium eo. Ra. Imo forſan in requiē. ſub obtentu falſe miſerie vera felicitas iam ſaltē ab inuidia tutus eris. Sen. Miror in exiliū. Ra. Imo in experimentū tui. videris quē te in exilio prebeas ſi ſuccumbas exul verus. ſi conſiſtis exilio clarus. vt multi olim/qui inuicti et fulgidi per aſperitates inceſſerunt/vt ſequētibus iter rectū oſtenderent;

De dolore. Senſus.

Dolor iminet. Ra. Si exiguus eſt/feram9 leuis eſt paciētia. ſi grauis ē/feramus/nō leuis eſt gloria. Sen. Clamorem dolor exprimit. Ra. Sed ſecreta nō exprimat. nō pōt homo dolori par eſſe. nec rōni dolor. Sen. Dura res eſt dolor Ra. Imo tu mollis/Sen. pauci dolorē ferre potuerunt. Ra. Simus ex paucis. Sen. Imbecilli natura ſumus. Ra. Naturā infamare noli. illa nos fortes genuit. Sen. Fugiamus dolorē. Ra. Quid q̄ ille ſequit fugientē. cōtemnite dolorē/aut ſoluet/aut ſoluet;

De paupertate. Senſus.

Paupertas michi grauis eſt. Ra. Immo tu paupertati. nō in paupertate viciū eſt/ſed in paupere. Illa expedita eſt/hilaris et tuta. Neſcis te opinione/non re laborare? pauper es

quia videris. Sen. Pauper ſum. Ra. Nichil deeſt
auibus. pecora in diem viuunt. feris in alimentū
ſolitudo ſua ſufficit. Accepit ille grandeꝫ pecuniā
ergo et ſuperbiam;

¶ De pauꝑtate et damno additio. Senſus.

Paupertas meū limē obſidet. R. Non obſidꝫ
ſed cuſtodit. vltro illi/vt occurras! cōſulo veniēti
minime ſumptuoſa et ſecura ac facilis hoſpes eris
Sen. Domū meā pauꝑtas irrupit. Ra. Aduerſus
fures et peiores furibus voluptates/peruigil excu
bitrix aduerſus vulgi morſus et inſulſa iudicia/
atqꝫ auaricie ſeu ꝓdigalitatis infamiā/qui raro ali
bi q̄ locupletū ſedet in limine ab his malis nullo
melius cuſtodiri ingenio domꝰ tua potuit! q̄ illā
cuſtodiet pauꝑtas. Sen. Opes cūctas trux fortuna
preripuit. Ra. Non tibi fecit iniuriā ſuū tulit! ſed
vetus et nota hec ingratitudo eſt. dati īmemores/
meminiſtis ablati. Itaqꝫ rare atqꝫ tepentes gratie
crebre ac feruide ſunt q̄rele. S. Victū veſtitūqꝫ ne
ceſſariū amara ſors negauit. Ra. Aliūde petendū
virtus liberalior/q̄ fortuna ē./nichil negat. niſi qđ
et ꝓmiſſuꝫ noceat et negatū ꝓſit. nichil eripit niſi
qđ habuiſſe dānoſuꝫ amiſiſſe vtile ſit. n̄ differt. n̄
imꝓperat. nō retrahit manū n̄ rugat frontē. n̄ at-

tollit ſuperciliū·nullū deſpicit·nullū deſtituit·nul-
lū fallit·non ſeuit·non iraſcit̄·non murmurat·nō
mutatur·vna ſemper/et vbiq; eſt/niſi q̄ magis/
magiſq; deguſtata dulcior indies/et propius con-
ſpctā ſit pulchrior·vt ſis ergo verus diues/ab hac
poſce/non te faſtidiet·nec repellet quāuis exerce-
at·difficiles habet aditus primos·cetera prona/io
cunda/facilia·ſemel vbi ad illā perueneris/nō
ſenties paupertatem·Sen· Spoliauit me omni-
bus bonis meis fortuna·Ra· Fallit te opinio ma-
lum commune mortaliū·nam profecto non bo-
nis/et vt bona permiſerim/ non tuis/ſed que tua
forſitan vulgi more credideras·mirorq; ſi nondū
intelligis aliena·Sen·Fortuna me nudū et inopē
liquit·Ra·Virtus te veſtiet(ni reſpuis)ac ditabit/
niſi forte pluris aurū et purpurā/q̄ decoruz gene-
roſe mentis habitū facis·quod ſi faceres/tunc ve-
re inopem/nudumq; te dicerem·Sen·Domo/fa-
milia neceſſariis atq; ornamentis omnibus ſpolia
tus·quid agam/quo me vertam/Ra·Adeas opes
quibus ſpoliari neq̄as q̄ vndiq; comitatū diuitez/
et ornatū preſtent·Sen·Pauper ſum in vita·Ra
Eris letior in morte·nemo tam pauper vixit/ vt
non morieris vellet vixiſſe pauperior/

¶ De impotentia. Senſus.

NOn ſum potens. Ra. Gaude! impotēs nō eris. Sen. Iniuriā accipe potero. Ra. gaude! facere nō poteris. Sen. Magnā pecuniā habet. Ra. Hominē illuꝫ iudicas? archā eſt. quis erario/ quis plenis inuidet loculis. Et iſte queꝫ dominū pecunie exiſtimas luculus eſt. Sen. Multū habet Ra. Aut auarus aut ꝓdigus eſt. ſi prodigus! non habebit. ſi auarus! non habet. Iſte quē tu felicem admirātibus credis. ſepe dolet. ſepe ſuſpirat. Sen. Multi illum comitant̄. Ra. Mel muſce ſequūtur. cadauera lupi. frumenta fornice. predam ſequitur iſta turba non hominem;

¶ De amiſſione pecunie. Senſus.

PEcuniā perdidi. Ra. Neſcis. fortaſſe te illa ꝑdidiſſet. Sen. Pecuniā perdidi. Ra. Sed habuiſti. Sen. Pecuniā ꝑdidi. Ra. O te felicē! ſi cū illa auariciā ꝑdidiſti. Sen. Pecuniā ꝑdidi. Ra. Et illa quidē ꝗ̄ multos. eris nūc in via expeditior. domi tutior. non habebis/ ſed non timebis heredem Exonerat te fortuna! ſi intelligis. et tutiore poſuit loco. Quod damnū putas! remediū eſt. Deniqꝫ ſi amiſſas cum amiſſis tediis conferas! lucruꝫ voces. Defles/ gemis/ miſerum te clamitas! ꝙ opibus

excuſſus es! tuo vitio iſta tibi iactura tam triſtis eſt· non tam moleſte ferres/ſi tanq̄ pditurus habuiſſes· Sen· Pecuniā perdidi· Ra· Nempe q̄ vt tu haberes/alius ante perdiderat;

De amiſſa pecunia additio. Senſus·

Pecuniam amiſi· Ra· Et cū illa curas multas periculūq; perpetuū· Sen· Perdidi pecuniā· Ra· Et laborē cuſtodie/et pdendi metū· ſic pdendi pecuniā duo bona/vnūquodq; preſtātius amiſſa/ſecuritatē/et requiē inueniſti· Sen· Pecuniā perdidi· Ra· Bene ſi te illa non pdidit! quod multis iā poſſeſſoribus fecit· Sen· Pecuniā amiſi· Ra· Si te adeo non tue quoq; cruciant iacture/tibiq; vel alienū demi doles! diſce illa conquirere! que tua ſunt propria/atq; perpetua· quorum et acquiſitio facilior/ et poſſeſſio nobilior/certiorq; virtutē ſi queſieris! non amittes· Sen· Perdidi pecuniam· Ra· Experrectus es! te diuitem ſomniabas· Sen· Pecuniam magnam amiſi· Ra· Magnū pondus et durum et graue ſimul cuſtodis officium· Sen· Amiſi pecuniā quam amabam· Ra· Turpi amore ralaxatus es· Nam amor pecunie auaricia eſt· minus hanc amabis· hanc optabis minus· Nā et illud ſatiricū experimēto cognitū· q̄ minus hanc

optat qui non habet, optanda aũt amiſſio eſt magni etiã boni/cui inſeperabile malũ maius adiunctum ſit· plures multo propter opes/q̃ ꝓpter inopiam periere;

De amiſſione oculorũ· Senſus·

OCulos perdidi· Ra· Habet et vox ſuas voluptates· Sen· Oculos pdidi· R· Qua multis cupiditatibus via inſciſa eſt· qua multis hominibus carebo/quos ve videre vellẽ/vel eruendi erant· nõ intelligis partẽ innocẽtie eſſe cecitatẽ Hinc oculi adulteriũ mõſtrant· hinc inceſtuz· hinc domũ/ quam cõcupiſcat hinc vrbem irritamenta ſunt viuorũ· duces ſcelerũ· fomenta malicie;

De cecitate additio· Senſus·

O Oculos perdidi· Ra· O quot ſimul vite faſtidia pdidiſti· quot feda ſpectaculorũ ludibria non videbis multis viciis obſtructũ iter· Sen· oculis careo· Ra· Culpis careres plurimis/ſi his ꝑpetuo caruiſſes Sen· Auditũ perdidi· Ra· Adulantiũ iaz ſuſurros atq; obtrectantiũ iurgia euaſiſti· Sen Mutus factus ſum· Ra· Perdidiſti mentiẽdi con ſuetudinẽ· ſi muti fuiſſent cicero et demoſthenes et diutius vixiſſent et leuius obiiſſent;

De amiſſione liberorũ· Senſus·

AMiſi liberos· Ra· Stultus es q fles mortẽ

mortaliū· Quid hic aut nouū/aut mirū eſt? Quaꝫ rara eſt ſine iſto caſu dom⁹·qd ſi infelicē vocē vo ces arborem/ꝙ ſtante ipſa cadunt poma· et hic tu us fructus eſt· nemo extra ictum vulneris poſitus eſt· ducunt̄ ex plebeia domo īmatura funera· du cunt̄ et ex regia· non eſt idem fati ordo/qui et eta tis· non quomō quiſ꜓ venit emittit̄· quid tn̄ hic eſt ꝙ indigneris? quid contra expectationē tuam euenit? perire perituri· Sen· Sed ego illos ſuper ſtites optauerā· Ra· Sed hoc nemo tibi ꝓmiſerat· Sen· Perierūt liberi mei· Ra· Habebūt illi cuius magis eſſent/ꝗ̄ tui· apud te precario morabant̄· e ducandos tibi illos fortuna mandauerat· recepit illos non abſtulit;

¶De amiſſione filii additio· Senſus·

Amiſi filiū· Ra· Melius dic· premiſi ſecuturus Cito quidē fortaſſis hodie· et quid ſcimus an hac ipſa hora? nulla vite fides eſt· Sen· Amiſi filiuꝫ Ratio· Amiſiſti ſimul et metus multos· infinitā ꝗ materiam curarum/et ſollicitudinū/quibus(vt cares) vel tibi/vel filio moriendum fuit· Securuꝫ patrem mors ſola facit· Senſus · Filium amiſi· Ra· Si pium/nil eſt iam/quod illi metuas· in tu to eſt· at ſi impium/tuoruꝫ numeratorē annoruꝫ

tue ſtimulũ ſenectutis extuliſti. perdidiſti forſitã qui te perditum optabat. Sen. Filiũ perdidi. Ra. Si virtute preditũ gaude ꝙ habueris. at ſi vicio perditũ gaude ſaltem ꝙ amiſeris. vtrobiq; nature beneficiu; agnoſce ꝙ talem dedit/ſeu abſtulit. Sen. Acerba morte filii deiectus ſum. Ra. An nõ anaxagora; audieras? an oblitus eras te genuiſſe mortalem? non affligit̃ ſapiens liberorũ amiſſione. non amicorũ. eodem animo fert illorũ morte; quo ſuã expectat. Sen. Extinctum fleo filiũ vnicũ Ra. Si fleturus eras morientẽ/et naſcentẽ fleſſes nũc mori deſiit/tunc ceperat. illi vixeras/viue ia; tibi. Sen. Infantis filii caſum mirabile; fleo. Ra. Humanũ nichil flendũ. premeditata eſſe debent. ſi nõ ſunt/nõ caſum filii/ſed iuſticiã tuam defle. et conditionis obliuionem;

¶ De naufragio. Senſus.

Naufragium feci. Ra. Cogita/nõ quod perdideris/ſed ꝙ euaſeris. Sen. Nudus exii. Ra. Sed exiſti. Sen. Omnia perdidi. Ra. Sed cu; omnibus perire potuiſti;

¶ De latronibus. Senſus.

IN latrones incidi. R. Alius in accuſatores alius in fures. alius in fraudatores. Plena

inſidiis via eſt· noli queri qđ incideris/ ſed gaude ꝙ effugeris;

¶ De inimicis. Senſus·

INimicos graues habeo· Ra· Quomodo ad uerſus feras munimēta conquires/ quō ad uerſus ſerpētes ſic aduerſus inimicos auxilia circumſpice quibus illos aut arceas aut cōpeſcas aut quod optimū eſt/ places· Se· Inimicos habeo· Ra Illud eſt peius ꝙ amicos non habes;

¶ De amiſſione amici· Senſus·

AMicum perdidi· Ra· Iam eni te habuiſſe certū eſt· Sen· Amicū pdidi· Ra· Aliū quere· et ibi eū quere/ vbi inuenias· quere inter liberales artes· inter recta et honeſta officia· quere in laboribus· ad menſam res iſta nō querit· quere aliquem frugi· Sen· Perdidi amicū· Ra· Fortem animū habe· ſi vnū/ erubeſce· ſi vnicū quid tu in tanta tempeſtate ad vnam anchorā ſtabas;

¶ De amiſſione vxoris· Senſus·

Uxorem bonā amiſi· Ra· Vtrum inueneras bonā/ an feceras? ſi inueneras/ adhuc habere te poſſe ex hoc intelligas licet quod habuiſti Si feceras/ bene ſpera· res periit· ſaluus eſt artifex Sen· Sine vxore ſum· Ra· Et ſine aduerſario· iā cui/ rerumq; dominus tuarum eſſe incipis· Sen·

Vxorem bonā ac decorā perdidi. Ra. Stulti eſt cō
pedes ſuas/q̄uis aureas amare. Sen. Amiſi vxo-
rem bonā. Ra. Quid in illa ꝓbabas? pudiciciā? q̄
multe diu cuſtoditū ꝑdiderūt decus. q̄multe inter
alia probra/matronalis ordinis eſſe ceperūt. inter
exempla numeratarū. delectabat te fidelis eius/q̄
multas ex optimis cōiugibus peſſimas videmus
ex diligentiſſimis ſolutiſſimas. omniū quidē im
peritorū animus (tn̄ maxime mulierū) in lubrico
eſt etiā ſi bonā vxorē habuiſti/nō potes affirma-
re in illo/eaꝫ ꝑmāſurā fuiſſe ꝓpoſito nichil ē tam
mobile q̄ feminarū volūtas. nil tam vagū. veterū
matrimoniorū repudia cognouimus. et fediores
diuorcio male coherētiū rixas. quarū multe quos
in adoleſcentia amauerūt in ſenectute cōmuni re-
linquerūt. quotiens anile diuorciū riſimus? q̄mul
taruꝫ notus amor odio nociore mutatus eſt. Sen.
Sed hec et fuit bona et fuiſſet. Ra. Mors efficit vt
affirmare ſine periculo poſſis. Sen. Vxoreꝫ bonaꝫ
amiſi. Ra. Inuenies ſi nichil queris/niſi bonā v-
xorem tu modo ne imagines proauoſqꝫ proſpexe
ris. nec patrimoniū/cui iam ipſa nobilitas primo
loco ceſſit. iſta diu conforma non repugnabūt. faci
lius reges animū nulla vanitate reruꝫ tumenteꝫ.

Non multũ abeſt a conceptu viri que ſe nimis ſuſpicit· duc bene inſtitutã/nec maternis inquinatã viciis non cuius auriculis vtrinq; patrimonia bina dependẽt· non quam margarite ſuffocent· non cui minus ſit in dote/q̃ in veſte· non quam patente ſella circulataꝫ per vrbem populus ab omĩ parte eque quã maritus inſpexerit· cuius ſarcinis domus nõ ſit anguſta· hanc facile ad mores tuos rediges/quam nondum corruperũt publici corruptores· Sen· Vxorem bonam amiſi· Ra· Non erubeſcis flere/et intolerabilẽ iacturã vocare· hoc vnũ deeſt· vtrum illam lugeas an non· cum maritũ te cogitaueris/et virũ cogita· Sen· Amiſi vxoreꝫ bonam· Ra· Soror recuperari bona nõ poteſt nec mater· vxor aduenticiũ bonũ eſt· non eſt inter illa/q̃ ſemel vnicuiq; contingũt· Multos tibi numerare poſſum quibus vxorem bonam lugẽtibus contigit melior· mors exiliũ luctus dolor nõ ſunt ſupplicia/ſed tributa viuendi· neminẽ illeſũ fata trãſmittunt· felix eſt/non qui aliis videtur ſed qui ſibi· vides autẽ q̃ rara domi ſit iſta felicitas;

Annei lucii ſenece de remediis fortuitorũ liber finit;

Inc
1264

¶ Epiſtola exhortatoria ſancti thome ad quendã in qua pponit idoneũ modũ ſalubriter acquirendi ſcien-tiam ſiue humanã ſiue diuinã. Feliciter incipit.

Quia queſiuiſti a me qualiter te ſtudere oporteat in theſauro ſcientie acquirẽdo tale a me tibi ſup hoc tradit̃ cõſiliũ vt ſtatim p riuulos nõ ſtati in mare eli-gas introire. quia p faciliora ad difficiliora oportet de-uenire. Hec eſt ergo monicio mea et inſtructio tua. Tar diloquiũ te eẽ iubeo et tarde ad locutoriũ accedentẽ. cõ ſciẽtie puritatẽ ãplectere. orõi vacare nõ deſinas. cellã frequẽter diligas ſi vis in cellã viuariã introduci. om nibus te amabilẽ exhibe nichilq̃ tibi penitus de factis aliorũ. nemĩ te multũ familiarẽ oſtendas. quia nimia familiaritas parit cõtẽptũ et ſubtractõis a ſtudio ma teriã ſubminiſtrat. De verbis et factis ſeculariũ nullaten9 te intromittas. Diſcurſus ſup omĩa fugias. Sanctorũ et bonorũ imitari veſtigia nõ omittas. Non reſpicias a quo audias ſed quicqd boni dicat̃ memorie recõmẽ-da. Ea que legis vel audis fac vt intelligas. De dubiis te certifices. et quicquid poteris in armariolo mẽtis re ponere ſatage ſicut cupiens vas implere. Altiora te ne queſieris. Iſta ſequẽs veſtigia frondes et fructus in vi nea domini ſabbaoth vtiles q̃diu vitã habueris profe-

res ac produces. Hec ſi ſectatus fueris/ad id attingere poteris quod affectas. Sunt enī quidā mali q̄ de oībus male iudicant. dicūt ei ſi quis ſtudet fantaſtic⁹. Si vacat hūilitati/ypocrita eſt. ſi recreatōi/guloſus ē. ſi paciētie/timidus eſt. ſi iuſticie impatiens eſt. ſi ſimplicitati/fatuus eſt. ſi prudentie malicioſus eſt. ſi maturitati/flegmaticus eſt. ſi ſocietati/ſecularis eſt. ſi ſilentio et paci ſimulator eſt. ſi aliorū correctioni/preſumptuoſus eſt. ſi inſtat vigiliis et orōnibus/indiſcretus eſt. ſi predicatōni et aliorū ſaluti/appetitor eſt laudis. ſi deſiſtit/negligens et remiſſus eſt. ſi habeat gratiā hominū/adulator eſt. ſi adulari rēnuit/ſeuus eſt. Sed vide quid dicat bernardus ſuper cantica. ſi preterea aliquos actus deprehendis/excuſa intentionē. Et ſi non potes/puta ignorantiam/puta ſurreptionē/puta caſum Et ſi certū tibi fuerit/ſuade tibi et dicito. vehemēs fuit iſta temptatio. Quid de me feciſſet/ſi in me accepiſſet poteſtatē Hec ergo pro tuo profectu ſtudii et vita dixerim. Tua exiſtit ea ſectari valet niſibus totis virtutibus incumbe. Vale.

Inc
1265